

EKSAMEN I LAT2408 – ROMERSK FIKSJONSPROSA

30. mai 2013

Uten ordbok.

Oppgaven går over to sider Alle spørsmål skal besvares. Skriv tydelig med penn.

1.

a. Oversett fra Petronius' *Cena Trimalchionis* 41.10-42.7:

"Dies, inquit, nihil est. Dum versas te, nox fit. Itaque nihil est melius quam de cubiculo recta in triclinium ire. Et mundum frigus habuimus. Vix me balneus calfecit. Tamen calda potio vestiarius est. Staminatas duxi, et plane matus sum. Vinus mihi in cerebrum abiit."

Excepit Seleucus fabulae partem et: "Ego," inquit, "non cotidie lavor; baliscus enim fullo est, aqua dentes habet, et cor nostrum cotidie liquecit. Sed cum mulsi pultarium obduxerim, frigori laecasin dico. Nec sane lavare potui; fui enim hodie in funus. Homo bellus, tam bonus Chrysanthus animam ebulliit. [...] Medici illum perdiderunt, immo magis malus fatus. [...] planctus est optime – manu misit aliquot – etiam si maligne illum ploravit uxor. Quid si non illam optime accepisset! Sed mulier quae mulier milvinum genus. Neminem nihil boni facere oportet; aeque est enim ac si in puteum conicias."

b. Gi en språklig kommentar til de understrekede ordene og uttrykkene i teksten.

2.

a. Oversett fra Senecas *Apocolocyntosis* 3:

Tum Mercurius, qui semper ingenio eius delectatus esset, unam e tribus Parcis seducit et ait: "Quid, femina crudelissima, hominem miserum torqueri pateris? Nec unquam tam diu cruciatus cesseret? Annus sexagesimus et quartus est, ex quo cum anima luctatur. Quid huic et rei publicae invides? Patere mathematicos aliquando verum dicere, qui illum, ex quo princeps factus est, omnibus annis omnibus mensibus efferunt. Et tamen non est mirum si errant et horam eius nemo novit; nemo enim unquam illum natum putavit. Fac quod faciendum est:

“Dede neci, melior vacua sine regnet in aula.”

Sed Clotho “ego mehercules” inquit “pusillum temporis adicere illi volebam, dum hos pauculos, qui supersunt, civitate donaret” (constituerat enim omnes Graecos, Gallos, Hispanos, Britannos togatos videre) ”sed quoniam placet aliquos peregrinos in semen relinqu et tu ita iubes fieri, fiat.”

- b. Diskutér kort tre ting (f.eks. karaktertrekk og/eller politiske bestemmelser) som Claudius latterliggjøres for i *Apocolocyntosis*.